



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XLI. Bischof Rutger von Brandenburg und sein Capitel überlassen dem
Kloster Lehnin ihren Antheil an der Klinkmühle und an der angrenzenden
Heide, im Jahre 1247.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

tenhagen obtulimus, Stagnum quoque Rademer integraliter et stagnum wandeliz totaliter, fideliter fatentes eandem uillam Stoltenhagen ad jam dictos fratres de lenin pertinere cum omnimode utilitatis integritate ex eadem uilla prouenientis, uidelicet agris, aquis, pascuis et siluis et ceteris attinentis uniuersis et cum omni iure, Statuentes etiam dictarum uillarum uillanos in nullo secularis potestatis iuri aut dominio, aduocatie, communi placito, Exactioni, urbano operi, Expeditioni aut qualicumque seruicio subiacere. Ut igitur nostra hec conuentionis emptio posteritati fiat cognita stabilisque perseueret, Sigillorum nostrorum appensione decreuimus muniendam, Uirorum fidelium testimonium apponentis, Quorum nomina sunt hec: Henricus prepositus de Nauen, Johannes Notarius, Albertus Notarius, Fridericus de Bertekov, Burchardus de Ircfleue, Johannes de Boceneburch, Lodewicus de kercov, Fridericus de Haffele, Fridericus de kercov. Actum est hoc Anno Gracie M^o. CC^o. quadragesimo quarto Brandenburg, Indict. secunda, Concurrente quinto.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XLI. Bischof Rutger von Brandenburg und sein Capitel überlassen dem Kloster Lehnin ihren Antheil an der Klinkmühle und an der angrenzenden Heide, im Jahre 1247.

De proprietate ac possessione, quam habuit ecclesia Brandenburgensis in molendino Clinka et merica eidem molendino contigua monasterio Lenynensi collata Rutgerus Episcopus, Petrus prepositus totumque capitulum Brandenburgense Anno 1247.

Altes Bez. Lehniner Urkunden. Gerken VII, 334. 335.

XLII. Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Lehnin das Dorf Tornow, im Jahre 1247.

In nomine sancte et ind. trinitatis. Johannes et Otto, Marchiones de Brandeburch, omnibus in perpetuum. Principum exigit omnino pietas atque munificencia cunctis quidem liberali donatione prodesse, potissimum tamen spiritualium uirorum consulere necessitati, ut spiritualis augeatur religio et diuina seruitus augmentetur. Hinc est, quod presentium tenore uniuersitati uestre cupimus notum esse, quod ob spem remunerationis diuine conferimus et donamus, cum heredum nostrorum consensu, dilectis fratribus et amicis nostris de lenin uillam tornowe, habentem triginta mansos, cum omni iure, quocumque nomine censeatur, quod nobis competit uel potest competere in eadem quocumque titulo siue modo, iure perpetuo possidendam. Vt autem hec nostra donatio nullius ualeat improbitate permutari, quin potius ut firma semper maneat, presentem paginam exinde conscriptam sigillis nostris fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Symeon prepositus de Berlin, Johannes et Henricus notarii nostri, Wilkinus de tornowe, Albero Mariscalcus, Fridericus de Bertchov, Gerkinus de kerchov, Petrus aduocatus de Bran-